





[2]

VERA
SANCTORUM
LIBERTAS
IN MORTE ET
COELIS
SALVA.





DUxit ab Illustri generis primordia
Gente
Funus, quod lacrymis lumina mœ-
sta rigant,
Libera nata fuit, Baronum, sanguine
creta,
Liberi enim sponsi libera fit Socia,
Subque iugo libertas nil mutata remansit,
Liberi enim Viri libera fit Socia.
En servam voluit primæva ab origine labes,
Sed Christi merito libera facta fuit.
Libertas ergo triplex, qua condecorata
Nostra fuit Merito, Coniugio, Genere.
Ast heu succumbit morti ter Libera duræ!
Cogitur heu mortis Libera adire iugum!
Est, fateor, durum, duræ succumbere morti,
Libera numquam est, quam dura catena premit
Pulsantis mortis, cuius cum frigore membra
Solvuntur, cuius Spiritus ultimus est,
Inter singultus, labiisque trementibus hæret?
Hæc num Libera, quæ dicere triste vale
Cum gemitu intima viscera concutiente coacta est?
Morbus quam cogit dicere chare vale?
Dicere quam rigidum Genitor, mi chare Marite.
Ah Gnati dulces vosque valete Mei.

Hæc

Hæc mœstis madidisque genis dum Libera dicit,
Vim illatam sibi, quam vincere non potuit,
Indicat iudiciis vix vix fallacibus unquam,
Seque coactam nunc tristia iussa sequi.
Gestibus & verbis suspiratuque fatetur,
Libera, sic moriens nonne coacta ruit?
Vixque aliud svadere videntur fœdera amoris,
Quo nostris arcto jungimur obsequio,
Quæ Numen junxit, rumpuntur membra dolore,
Nec sine tormentis vincula, crede mihi,
Solvuntur, quæ firmavit Natura Creatrix
Terricolas inter sanguine, connubio.
Num ulterius dubitas durum telum morienti,
Linquere cognatos, dicere triste vale?
Vincula quatuor una hic morte soluta videbis,
Dicit enim tristi pectore triste vale
Et Patri & Fratri, Gnatis, utrique Sorori,
Atque Viro, Conjux, Gnata, Soror Genitrix.
Hæc reputans, dicet quis, non invita subire
Mortem hanc Illustri Fæmina qui potuit?
Attamen haud omnem vim, quæ violenta videtur,
Inviti patimur, nam ratio ipsa pati
Sæpe homini svadet solido dictamine mota,
Horroris fremitus utilitas superat;
Sic planta titubante secatur vena volenti,
Sic potus medicos pectore sæpe tremens
Luminibusque volens æger stillantibus haurit.
Signa hinc nolentis non lacrymæ aut gemitus,
Non pavidus tremor aut sudor manifesta vocantur,
Nam quandoque latet sub titubante volens.
Sic virtute Dei, quæ est libera facta voluntas,
Ponere vult vitam Patre volente Deo,

Non

Non invitus abit, qui Christi sanguine liber,
Libertasque latet sub gemitu & lacrymis.
Nonne DEUS noster Christus sudavit & alfit,
Nonne piis lacrymis immaduere genæ?
Nec tamen invitus gustat discrimina mortis,
Ferventes iras prompta anima cohibet.
Hoc opus est fidei veræ in moriente sequendi
Prompta voluntas, hæc testis amoris erit,
Quid debeat quæris moriturus sanguine junctis?
En lacrymæ testes dulcis amoris erunt.
Nostra DEi atque hominis, quæ sunt sic libera,
reddit.

Libera dum plorat, Libera dum moritur.
Libera sic moriens nullos amittit honores,
Augentur potius; mortis agone ruit,
In cœlis Christo Rege ut tollatur in altum,
In terris Baro, morte Regina cluet.

Hæc Illustris Dankelmanniana, & Endeniana Gentis
cineres veneraturus scripsit.

JOHANN FRIEDER. BOTTERWECK,

Prel. & Præp. B. V. M. Confist. Vice-Gener. Superint. Ducat. Magdeburg.



Jon. Zb 509

4°

Martin
LS

ULB Halle 3
002 403 781



Sb.

Paul Diensberg
Buchbinderei
Halle-S., Fleischerstr. 26





[2]

VERA
SANCTORUM
LIBERTAS
IN MORTE ET
COELIS
SALVA.

